



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.XXXVIII. Sancti Patris Benedicti. M.C.LVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

Virginis Montis Serrati in Catalaunia, ad placita tantæ Reginae formatus, inde patriæ suæ redditus, Abbatem S. Catharinæ Januensis strenue egit, demum Abbas S. Pauli extra muros Urbis Romanae renunciatus, in signe sanctioris vitæ exemplum Romanis prætulit, & ibidem sancto fine die sexta Augusti decessit. *Ex Cornelio Margarino Abbate B. M. V. de Annona, S. Pauli Professo.*

IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XXXVIII.  
Sancti Patris Benedicti. M.C. LVIII.

*Ven. Margarita de Kilkaldi de morte revelatio.*  
I llustrissima & Reverendissima sanctæ memoriæ Margaritæ de Kilkaldi Sancti Petri Remensis meritissima Antistitæ sub hoc ipsam tempus revelatur Divinitus suæ ad superos vocationis imminens paulo post terminus, & videtur ipsa quæ pro se exoraverat, & instituerat Monasterio præesse, Augustissima Abbatisa Deipara ipsam præmonuisse, & quod vero simile, etiam de ea quæ dignissime succederet, edocuisse. Egit proin omnibus modis, ut se se onere exoneraret, sibi que etiamnum superstiti Coadiutricem adungeret. Hæc fuit serenissima Francisca Renata Lotharingæ Princeps Caroli Lotharingi, Ducis Guisæ, & Catharinæ Ducissæ de Joyeuse lectissima filia sanctissima memoriæ Renatæ hujus nominis secundæ, ejusdem S. Petri Remensis Antistitæ neptis, sexto statim à Nativitate mensis S. Petro in eodem Monasterio oblata, atque sinu amitæ tam Deo charæ excepta, & sanctissime educata, ac dein Ordinem professâ, ut velut de S. Editha legitur, sæculum potius ignorasse, quàm reliquisse videretur. Et dignissima sane exitit, quæ Margaritæ & adungeretur & succederet, utpote in qua Renatæ utriusque resuscitatus Spiritus esset, & Redivivus BENEDICTUS se proderet, talis ac tanta Antistita, quæ Gallias, Ordinem ac sæculum suum insigniter illustraret.

*Coadiutricem sibi adjungit.*

*Francisca Renata Ducissa Lothar. Coadiutrix.*

*Ex R. P. Amando Tribout Priore Dervenfi.*

Crescunt admirandis successibus, fructu mirifico, Sanctissima Ordinis Congregationes & Reformationes, sancti Mauri per Gallias, & Sanctorum Vitori atque Hydulphi per Burgundiam utramque atque Lotharingiam, ita, ut non inter Religiosos solummodo, sed inter intuentes omnes atque audientes,

*S. Mauri Cong. slos. &c.*

miri consequerentur. Divinæ gratiæ effectus. Et verè Redivivus in omnibus BENEDICTUS ac primævus restitutus BENEDICTI Patris Spiritus videbatur, cum in tanta multitudine Religiosorum, in tanta diversitate ingeniorum adeo concors, imo una quasi omnium mens & anima, ad unum idemque propositum respiceret, ad unum eundemque scopum collimaret, ad amullim Regulæ se conformaret; tantâ paulo post eorundem, apud sæculares opinionem invalescente, ut tanquam cælo delapsos ad salutem mortalium Angelos revererentur, nec minus solo contuitu & exemplis quàm verbo, ut sacri vocamus compungerentur. Inde magni ad eosdem patres mortalium pro consilio & solatio sacro concursus; est nunquam deessent, qui in sanctu Cacodæmonum, eorundem patientiam exercebant, crescentibus ex hoc ipso eorundem meritis, & accensis ferventius Virtutum studijs, ita ut ipsi se ipsos mirarentur, & alter in altero operantem DEI manum agnoscentes sancta sese mutuo charitate arctè stringerent & amplecterentur, inque hac conversationis dulcedine, etiam in extrema paupertate abundare omnibus bonis viderentur, & in summo vitæ rigore nihil rigoris adverterent, sæpè sibi visi delicatius vivere, quàm perfectioris vitæ professio admitteret, cum tamen, modico & paupere contenti victu, vix famem exsatiarent, nedum delicatè pascerentur, mel & saccharum cibus miscere eo, cujus amore ebrii, nil nisi ipsum quærerent & saperent, ipsoque potiti & pleni, ipsius dulcedinem, omnia aspera & amara dulcorare animadvertent & experirentur. Et revera, corpus non minus refici quàm animus desuper infusa gratia videbatur, cum delicatuli aliàs atque imbecilles firmiore deinceps valetudine redderentur, & qui natura Melancholici erant, præter naturam hilares, agiles, & amabiles omnibus evaderent, volare tunc sibi visi, qui agrè antea pedes incefferant, Numine in sanctis ejus mirabilem se ostendente. Horum successibus & generositate animati atque excitati deinceps plurimi, sese ipsis junxere & devovere, liberè & ipsi confessi, postquam se semel generosè resolvissent, ea quæ asperrima pri-

*Ad vestra undique pro auxilio concurrunt.*

*Mira ipsa natura miranda.*



*Talitas in  
sacro vigo-  
ra.*

primum sibi visa essent, plena solatij  
reperisse, tantaque in verâ sui resigna-  
tione, corporis mortificatione, strictis-  
simaque silentij Regularis observatio-  
ne emolumenta expertos, ut execra-  
bilis modo prioris vitæ excacatio, &  
plena tribulationis juxta atque insipi-  
entia videatur. Quo factum ut integra  
se deinceps & illustrissima sese Cæno-  
bia adjungerent, & qui primum huma-  
na seducti fragilitate in partes secesse-  
rânt, diu multumque tergiversati, ipsi  
Sociorum & Collegarum alacritate &  
hilaritate capti atque illecti & ipsi ma-  
nus dantes, sæpe alacriores, quam priores,  
& ad aspera omnia ultronei redde-  
rentur, magno Confratrum totiusque  
Congregationis applausu & gaudio, se-  
se mutuo, ut animalia Evangelica alter-  
na alarum motione concitantium, nil-  
que deinceps quam sublime & cœleste  
cogitantium & molientium, cœlo ipso,  
& B E N E D I C T O in primis Admirabili  
parente, totque millibus Fratrum cœlo  
pridem receptorum, de redivo tanto  
põit in his posthumis fratribus, Spiritu  
S. P. N. congratulantibus, omnesque  
eorundem conatus juvantibus, & pro-  
moventibus. *Ex oculatorum testium fide  
& relatione.*

*Nostrorum  
affectio &  
constantia.*

Mirâ etiamnum Germaniæ tam su-  
peræ quam inferæ jactatione turbinum  
bellicorum, diversissimis passim se locis,  
in victa nostrorum comprobatur  
patientia, infinitis exemplis non cœlo  
solum & superis, quin & hostibus ipsis  
probata & commendata, plurimis in vin-  
culis & tristi captivitate, alijs in extre-  
ma rerum indigentia & inopia; pluri-  
mis inter exteros precario viventibus,  
& extinctis, & merito vel pro Martyri-  
bus, vel proximo Martyrum in hono-  
re habendis: quorum omnium recense-  
re nomina magni omnino laboris es-  
set, sufficit autem scripta in Libro Vi-  
tæ: uti & illorum, qui afflictissimo illo  
tempore, rebus integris, in exules &  
pauperes adeo extitere liberales, ut &  
in ipsis Sanctus Pater Noster in solidè  
Benedictina totique terrarum orbi per-  
spectissima Hospitalitate & liberalita-  
te, verè Redivivus agnosceretur. Ex  
illis moritur exul Reverendissimus Do-  
minus Humbertus Maricollensis cele-  
berrimi in finibus Hannoniæ, Mona-  
sterij Abbas meritissimus, inde etiam  
singulariter celebrandus, quod cum

*Redivivus  
S. P. N. in  
Hospitali-  
tate suo-  
rum.*

præter religiosissimæ Vitæ laudes, An-  
tiquitatum sedulus pervestigator esset,  
præter alia & laudabilis vitæ & ingenij  
monimenta, librum quoque reliquerit,  
de origine & successibus sui Maricollen-  
sis Cænobij, à quo tamen hoc ipso ano-  
no, nulla sua culpa exulans in Domino  
requievit. *Ex monumentis ejusdem Cænobij.*

Moritur eodem anno antiqui moris  
& Vitæ Religiosus Asceta Monasterij  
Lunæacensis in Bavaria, ad ejus nomi-  
nis lacum, & elegantem Marcam intra  
Alpesulias siti, R. P. Eustachius Schâppl  
ejus loci senior, qui cum in omni a ctio-  
ne Enoch exemplo, cum Deo ambula-  
ret, & in contingentibus quibusvis tam  
sibi, quam alijs ad Numinis voluntatē,  
& cuncta dirigentis providentiam cau-  
to & diligenti mentis intuitu respice-  
ret, alios quoque in omni sua vita eo-  
dem intueri & respicere volens, in usu  
assiduo, ex omni casu ea orationis Ec-  
clesiastica, Dominicæ post Pentecostes  
Festa septimæ, verba habuit, & toties  
quotiescunque congeminavit: *DEUS,*  
*cujus providentia in sui dispositione non sal-*  
*uitur.* &c. haud vulgari & casus subiti, &  
absque DEI ordinatione & in famulo  
suo comprobatione non provisi exem-  
plo, ea ipsa Dominicæ die] quæ hoc ano-  
no in decimâ octavam Septembris in-  
cidit ] dum Oratio illa, hora VI. Cano-  
nica recitaretur, omnibus prius sacro-  
sanctæ Ecclesiæ eo temporis puncto ne-  
cessarijs munitus, è vita mortali ad im-  
mortalem egreditur, nemine non in  
optimo Sene gratiam Vocantis DEI ag-  
noscente & gratulante. *Ex monumentis  
ejusdem Cænobij.*

*R. P. Eu-  
stachius  
Asceta Lu-  
nalacensis  
ebje.*

*Memora-  
bile.*

Certant dignissima & sanctissima æ-  
mulatione, & contentione, de exactiore  
sanctissimæ Regulæ observantia, & cu-  
jusque Reformationis Constitutionibus  
utraque Congregatio & Vallisoleana,  
& Cisterciensis sive Hortensis, summa  
utriusque utilitate, dum suarum quæq;  
rerû strenuè satagit, utraque plurimum  
proficit, Deo tantopere utrique favente,  
ut totas phalanges sanctitatis opini-  
one celebrium cœlo transmitteret.

*IESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XXXIX.  
Sancti Patris Benedicti. M. C. LIX.*

I Nter spectatissima & eminentissi-  
ma Germaniæ atque Ordinis Sydera  
merito censendus Reverendissimus &  
Illustrissimus Dominus Dn. Antonius  
Viennensis.

*Antonius  
Episcopus  
Viennensis.*

L 1

Vien-